



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 61. Archidux ob Isabellæ testamentum ira accensus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Antonio de Fonseca, & Joanni Velas-
quez, necnon Joanni Lopez de Lazzarra-
ga qui in edendis edictis Reginæ a secre-
tis erat.

Sæcol. XVI.
A.C. 1504.

§. LXI.

*Archidux ob Isabellæ testamentum ira
accensus.*

Isabella vix fatis functa, aperiuntur te-
stamenti tabulæ non sine ingenti Ar-
chiducis fastidio, qui se modo haud tole-
rando vilipensum censebat, quippe ex
nuptiali pacto, quo Philippus cum Ar-
chiducissia conjugali vinculo jungebatur,
Tutor nominabatur, si forte ipsa regimi-
nis incapax esset: Nihilominus neglecta
hac lege Ferdinando ejus Socero tutela
deferebatur; hanc ipsam injuriam Ca-
stellæ Proceres Phillipo illatam haud
minus acerbe tulerunt, hinc habito con-
sessu clarissimum Joannem Manuelem, ad
curandas Philippi res in Castella relictum,
ad eundem ablegant. Hic cursoriis e-
quis ad Archiducem delatus, eundem
his verbis alloquebatur: „Isabellæ testa-
mentum nihil moreris, Archidux, a-
liena a mente illud scripsit, firmavit-
que, nonnisi extrema vitæ suæ mo-
menta consecrans, ut solidissimas Ca-
stellanæ Monarchiæ leges violaret, e-
quidem Regni administratiouem Fer-
dinando

Marian. ib.
Alv. Gomes.
ib. 3.

Sæcul. XVI., dinando, utpote Marito suo commisit,
 A.C. 1504. „ verum ille, cum ex Arragonum gente
 „ sit, Castellanis pro alienigena ha-
 „ betur. „

§. LXII.

*Archidux Castellæ Rex nomi-
 natus.*

Ferdinandus consilia, quæ Proceres cum
 Archiduce agitabant, penitus igno-
 rabat, nec sagacitate sua assequi pote-
 rat: Nihilominus auctor illi erat Toleti
 Archiepiscopus, ut nulla mora ad Generum
 suum Legatos decerneret, qui Joannis
 Manuelis conatibus obsisterent; verum
 Manuel Hispanos prævertit, tantaque
 dexteritate Archiducis animum inclina-
 vit, ut hi de Legationis suæ successu peni-
 tus desperarent: Jam enim Archidux Ca-
 stellæ Regis nomen, & insignia usurpa-
 bat, & Manuelis oratione animum ad-
 dente, classem instrui jubebat, qua una-
 cum Sponsa sua in Hispaniam trajiceret;
 ea res Sacerorum ejus non parum afflige-
 bat, angebatque; noverat enim, quod Ca-
 stellani Archiducem vix adventantem
 protinus Regem suum salutaturi essent,
 de cetero nihil magis verebatur, quam
 denuo in Arragoniam reverti; tum e-
 nim, se Neapolis Regnum adversus
 Galios

